



INDEX SECUNDUS.

METALLA IMPERFECTA

HYDRAR-

GYRUM.

Quanquam Semimetallum hoc, * ut Mi-
 nerologi idipsum, non contemptâ à me
 facerosâ Cl. Cronstedtii animadvesione ** nuncu-
 pant, quod plerumque Metallorum cæterorum om-
 E 4 nium

* V. Ebert. Edit. Carlsruh. 1776. pag. 63. & 64. §. 164. per-
 fectis id adnumerante Cramero. vide Edit. german. Holmiae
 1746. pag. 14. §. 15. & apud Dan. Titius pag. 172. §. 83.

** Editio Haffn. & Lips. 1770. pag. 230. §. 218.

nium fundamentum habetur, è terræ visceribus avari-
 ritus propinetur, quandoquidem, ut Cl. Wallerius
 norat, * quinquacuplo copiosius Aurum, nedum
 alia metalla ferme ubivis eruantur; Auri etiam,
 Argenti, Plumbi, Cupri, Ferrique fodinæ paucissimæ
 sint in Germaniâ nostrâ, & alibi, è quibus Hy-
 drargyrum extrahatur; Patriam tamen nostram &
 hunc Thesaurum haud ignobilem præ aliis bene
 multis non ita absconditum sibi servare novimus,
 ut delitescere magis, quam vestigiis satis aperte
 præmonstratis in lucem prodire malit.

Id unicum duntaxat optandum summopere,
 ut plures, quorum interest, in faciendos sumptus
 symbolam suam conferrent, atque ita id vi unitâ
 fortiore per artem metallurgicam eliceretur, quod
 benignior Soli Natura proximæ præferim Bensber-
 gensium in Ducatu Montensi Viciniæ à Magnificen-
 tissimâ sub Serenissimo ac Potentissimo Principe
 Electore, Juliæ ac Montium &c. Duce JOAN-
 NE WILHELMO gl. mem. exstructa ibidem

* Vid. Waller. Edit. Berol. 1750. pag. 286. animad. I.

arce ubivis celebratæ non illiberali manu concessit.

Hydrargyri Specimen unum alterumve ex an-
lectis meis hic subjungo.

- N. 1. Mercurius natus, virgineus, * guttula-
tim adherens argillæ compactæ. *ad Hard
prope Bensbergam.*
- N. 2. Mercurius, sive Hydrargyrum nativum pu-
rum conspicuum in argilla colore spadiceo. *ibid.*
- N. 3. Hydrargyrum nativum in argillâ latens
vel manuum calore proliciendum. *ibidem.*
- N. 4. Mercurius sulphure mineralisatus, sive Cin-
nabaris nativa in argillâ ad affricatum veniitè
rubente. *ibidem.*
- N. 5. Minera Mercurii indurata ponderosa. *ibid.*
- N. 6. Minera Mercurii figuræ incertæ friabilis,
inquinans, non ità dives. *ibidem.*
- N. 7. Cinnabaris compacta in argillâ communi
induratâ, subrubefcente. *ibidem.*
- N. 8. Cinnabaris nativa in pyrite flavefcente **
ad Hartenknippen prope Bensbergam.

* Vid. Cronst. pag. 228. §. 215.

** Vid. Scopol. de Hydrargyro Stirienfi. pag. 21. Edit. Vener.
1761.

- N. 9. Cinnabaris in petrosilice, aggregatis minoribus silicibus, Anglorum vulgò *Buddingstone* similior. *ibidem*.
- N. 10. Hydrargyrum in lapide schistoso cum argillâ indurato. *ibidem*.
- N. 11. Hydrargyrum in argilla figuræ subsphæricæ, * colore roseo. *ibidem* è *fodinâ* modò *desertâ*.
- N. 12. Cinnabaris compacta colore è rubro spadiceo. *ibidem*.
- N. 13. Cinnabaris superficialis in argilla induracâ, subscintillante ** colore rufo. *ibidem*.
- N. 14. Cinnabaris solida texturâ chalybeâ. *ibidem*.
- N. 15. † Cinnabaris nativa Mercurio & Sulphure mineralisâta pulverulenta, recenter à Rustico fodiendo detecta *prope Lülsdorff in Satrap. Lewenberg*.

Zincum

* Vid. Waller. pag. 285. Spec. 220. n. 2.

** à Born part. I. pag. 128.